



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Concilium Caesaravgstanvm Dvodecim Episcoporvm, Svb Damaso,
contra Priscillianistas celebratum, aera 418.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO CHRISTI 381. gloriatur August. de hæresi, ad Quodvultdeum. Inter claros scriptores & viros sanctos annumeratus habetur die 18. Iulii in martyrologio.

^a *Constantius.*] Hic cum Proculo Massiliensi episcopo ex prouincia Narbonensi legatus adfuit, vir huius saeculi insignis. Proculus a ^{Cōstantius.} S. Hieron. epist. 4. ad Rusticum Narbonensem mirifice commendatur his verbis: *Habes istic sanctum & doctissimum pontificem Proculum, qui viva & presenti voce nostras schedulas superet, quotidianisque tractatibus iter tuum dirigat.* Eiusdem etiam est mentio in Concilio Taurinensi. Iustus qui infra Gallorum legatus nominatur, fuit episcopus Lugdunensis, sanctitate clarus, qui iugi memoria in martyrologio perseuerat, die 2. Septemb. Res ab eo geitæ leguntur apud Surium præd. die, & Adonem in chron.

^b *Heliodorus.*] Græcarum literarum facultate plurimum imbutus. Hieronymi epistolis quibusdam valde commendatus est. Accessit ad ipsius coronam Nepotiani nepotis egregia morum institutio. Hic in bona senectute diem claudens extremum, adhuc anniversaria commemoratione in ecclesia viuit: sicut & collegæ eiusdem Euentius & Bassianus Laudensis inter sanctos relati. De quibus vide martyrolog. 3. Iul. 8. Februar. & 19. Ianuarii.

^c *Gesta Concilii.*] Acta Concilii mutila extant. Summa eorumdem ex synodaliter cognosci potest. Quod initio auctorum ait S. Ambros. *Diu citra acta tractauimus*, intelligendum est de illo congressu, quem habuit priuatim cum utroque ante synodalem sessionem, eo fine, ut errantes ad meliorem frugem reduceret. Verum spe frustratus, initium synodalis sessionis fieri iussit ea forma quæ hic describitur.

^a CONCILIVM
^b CÆSARAVGVSTANVM
^c DVODECIM EPISCOPORVM,
^d SVB DAMASO,

^e contra Priscillianistas celebratum, æra 418.

TITVL CANONVM.

- I. *Feminae fideles a virorum alienorum catibus separantur.*
- II. *Vt diebus Dominicis nullus ieiunet, nec diebus quadragesimæ ab ecclesia se absentet.*
- III. *Vt qui eucharistiam in ecclesia * accipiunt, & ibi eam non sumunt, * anathema sint.*
- IV. *Vt tribus hebdomadis, que sunt ante Epiphaniam, ab ecclesia nemo recedat.*
- V. *Vt qui a suis episcopis * priuantur, ab aliis non recipiantur.*
- VI. *Vt clericus, qui propter * licentiam monachus vult esse, excommunicetur.*

Fff iiij

414 DAMASVS P. I. CONCILIVM GRATIANVS
THEODOSIVS

VII. *Vt doctoris sibi nomen non imponat, cui concessum non est.* sanctimoniales virgines non reverentur.
VIII. *Vt ante quadraginta annos*

EXEMPLVM SENTENTIARVM EPISCOPORVM CONCILII CÆSARAVGVSTANI.

*Ex editione Garſiæ Loaiſæ, lectione vulgata
in margine annotata.*

QUARTO Nonas Octobris Cæsaraugusta in secretario residentibus episcopis, * Fitadio, Delphino, * Eutychio, Ampelio, Augentio, Lucio, * Ithacio, Splendonio, Valerio, Symposio, * Cartherio, & Idatio, ab vniuersis dictum est: Recitentur sententiæ. Lucius episcopus legit.

I.

*Vt mulieres omnes ecclesiæ catholicæ, & fideles a virorum alienorum lectione & cœtibus separantur; * vel ad ipsas legentes aliæ, studio vel docendi vel discendi, conueniant. Quoniam hoc Apostolus iubet. Ab vniuersis episcopis dictum est, anathema futuros, qui hanc Concilii sententiam non obseruauerint.*

II.

Item legit. ^g Ne quis ieunet die Dominica, ^h causa * temporis, aut persuasionis, aut superstitionis: vt * de quadragesimarum diebus, ab ecclesiis non desint, nec habitent latibula cubicolorum, ac montium, qui in his suspicionibus perseuerant, sed exemplum & præceptum custodiant sacerdotum, & ad alienas villas agendorum conuentuum causa non conueniant. Ab vniuersis episcopis dictum est: Anathema sit, qui hoc commiserit.

III.

Item legit: Eucharistiæ gratiam si quis pro-

DAMASVS CÆSAR AVGUST. GRATIANVS
P. I. VALENTINIANVS IMP. 415
THEODOSIVS

ANNO
CHRISTI
• consu-
• pisse.
batur acceptam in ecclesia non * sumpsisse, anathe-
ma sit in perpetuum. Ab vniuersis episcopis di-
ctum est: Placet.

IV.

* vicefi-
mo &
primo
* de fu-
specis
et suscep-
ptis
k Item legit: * Viginti & vno die, quo a 16. Ka-
lendas Ianuarii vsque in diem Epiphaniæ, quæ est
8. Idus Ianuarii, continua diebus, nulli liceat de
ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec
secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis
pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam.
Quod qui non obseruauerit, * his decretis anathe-
ma sit in perpetuum. Ab vniuersis episcopis di-
ctum est: Anathema sit.

V.

* Quod si
scientes
episcopi
fecerint,
non ha-
beant co-
munionem:
Ab vni-
uersis epi-
scopis di-
ctum est:
Qui hoc
comis-
se, epi-
co-
porū non
habeat
commu-
nionem.
* clericus
* vanita-
tis que
præsum-
ptum,
* officio
suo
* le ma-
luerit esse
quam cle-
ricum,
* obser-
vando
Item lectum est, vt hi qui per disciplinam, aut
sententiam episcopi ab ecclesia fuerint separati, ab
aliis episcopis non sint recipiendi. Quod si * scien-
tes episcopi ficerint, dictum est: Qui hoc commi-
serit, non habeat communionem.

Decretum
Iou. par.
14. cap. 29.

VI.

Item legit: * Si quis * de clericis propter luxum,
* vanitatemque præsumptam, de * officio sp̄ote dis-
cesserit, ac velut obseruatorem legis monachum
videri * voluerit esse magis quam clericum, ita de
ecclesia repellendum, vt nisi rogando atque * ob-
secrando plurimis temporibus satisfecerit, non re-
cipiatur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Ita fiat.

VII.

Item lectum est: * Ne quis doctoris sibi nomen
imponat, præter has personas, quibus concessum
est; secundum quod scriptum est. Ab vniuersis epi-

scopis dictum est : Placet.

VIII.

Item lectum est, non velandas esse virgines, quæ se Deo voverint, nisi quadraginta annorum probata ætate, quam sacerdos comprobauerit. Ab universis episcopis dictum est: Placet.

D E S V B S C R I P T I O N I B V S.

Subscribunt in hoc Concilio duodecim episcopi, quorum nomina hoc ordine in exordio Concilii manuscripti ponuntur.

I.	Fitadius.	subensis, apud Sulpitium,
II.	Delphinus.	forte Osonensis.
III.	Eutychianus: fuit Basitanus.	VIII. Splendonius.
IV.	Ampelius.	IX. Valerius Cæsaraugusta.
V.	Augentius.	X. Symposium.
VI.	Lucius.	XI. Catherius.
VII.	Ithacius: fuit episcopus Sof-	XII. Idacius.

N O T A E.

Hoc anno
Concilio
Cæsaraugustano
Priscilliano
damnata
Hoc anno
Concilio
Cæsaraugustano
Priscilliano
damnata

An idem
Valerius
huic & E-
libertino
Concilio
interfuerit.

Cæsaraug-
sta qualis
vrbis.

^a *Concilium.*] *Hoc Concilium, inquit Garsias, fuit aliud ab eo, in quo primo damnata est heres Priscilliani. Quod prolixè describitur Sulpitio lib. 2. hist. prope finem. Causam sententia sua nullam affert. Opinor eum ita sensisse, tum quod suo iudicio idem Valerius huic & Eliberitano Concilio subscriperit; tum etiam quod hoc anno 418. id est, anno Domini 380. illud vero Sulpitii longo tempore post hoc celebratum fuerit. Non contradicerem viri doctissimi sententiae ac iudicio, nisi decreta huius Synodi eam heresim condemnarent, quam Sulpitius, auctore Priscilliano, in Hispania propagatam ac condemnatam esse describit. De tempore parum discrepamus, nos certis de causis, quas infra referemus, anno 381. hanc Synodus habtam fuisse sentimus. Garsias vix uno anno a nobis discrepat. Quod ait, cumdem Valerium huic & Eliberitano Concilio interfuisse, non est probabile; cum sic fere centum annis eum Cæsaraugusta episcopum fuisse oporteret, ut constabit, si quæ in notis Conc. Eliberitini supra diximus, cum hisce conferas. Itaque auctoritatem Baronii secutus, hunc cumdem Conuentum esse puto, quem Seuerus describit, ut ex notis Canonis 1. 2. 3. 5. & infra patebit.*

^b *Cæsaraugustanum.] Cæsaraugusta in Tarraconensi provincia vrbis mediterranea in primis nobilis, Arragonum ciuitas metropolis, soli vberitate inter Hispaniarum vrbes commendata. De Cæsaraugusta (inquit Garsias Loaila in notis huius Concilii) Tarraconensis provincie*

vrbis

DAMASVS CÆSAR AVG VST. GRATIANVS
P. L. VALENTINIANVS IMP. 417
THEODOSIVS

ANNO CHRISTI
JUL. vrbe nobilissima, lege Ptolemæum lib. 2. cap. 6. geograph. Melam
lib. 2. cap. 6. Plinium lib. 3. cap. 3. Strabonem lib. 3. & Antonini itine-
rarium. De ea sic Prudentius in Peristeph.

*Tu decem sanctos reueches & octo
Cæsar Augusta studiofa Christi,
Verticem flauis oleis reuncta
Pacis honore.*

Et infra vocatur procerum creatrix purpureorum.

^c *Duodecim episcoporum.*] Horum nomina infra recensita, ex col-
latione alterius editionis, quæ est apud Garsiam, enormiter depra-
uata esse dignoscuntur. Delphinum Burdegalensem episcopum fui-
se refert Sulpitius. Duorum Ithaciorum, prior Sulpitio nominabatur
Ithacius episcopus Sossobensis; posterior Idacius: quo successu re-
scriptis ab imperatore extortis, Priscillianistas vrbibus omnibus ex-
pulerint, enarrat Sulpitius. Duos Valerios Cæsaraugustanos cum Gar-
sia agnoscimus: quorum primum Eliberitano, secundum Cæsarau-
gustano Concilio interfuisse sustinemus. Osio prior Valerius, non
posterior, coætaneus fuit. Vtrumque Valerium martyrio occubuisse,
Prudentius in Peristeph. hymno 4. his versibus insinuare videtur.

*Inde, Vincenti, tua palma nata est,
Clerus hinc tantum peperit triumphum;
Hinc sacerdotum domus insulata
Valeriorum.*

De ordine & tempore sacerdotum Cæsaraugustanæ ecclesiae, extat
epistola Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis, viri do-
ctissimi, ad Hieronymum Plancam Arragonensem rerum accura-
tum scriptorem. Hæc Garsias verbo *Valerio*.

^d *Sub Damaso.*] Hoc aperte scribit Seuerus his verbis. *Attum (in-* Tempus
tellige cum per synodalem sententiam condemnati essent) Instanti- Concilii.
tius, Saluianus & Priscillianus Romam profecti, ut apud Damasum
vrbis et tempestate episcopum obiecta purgarent. Et infra. *Hi ubi Romam*
peruenere, Damaso se purgare cupientes, ne in conspectum quidem eius
admisisti sunt. Regressi Mediolanum, aque sibi Ambrosium aduersantem
repererunt. Cur ad annum Damasi 15. qui est Christi 381. Gratiani im- Causa 1.
per. 15. hanc Synodus referamus, vna causa est; quod eo tempore,
quo habebatur Concilium Aquileiense, Hispania ob Priscillianum
hæresiarcham maxima tempestate iactata, ne quidem per legatos
Aquileiensi Concilio, instar Gallicarum & Africanarum prouinciarum, interessè potuerit. Altera est, quod per Epiphanium Gnostici Causa 2.
ad octoginta episcopos denuntiati post 373. annum Christi ex
Ægypto expulsi, circa hæc tempora, teste Seuero, in Hispaniam
venerint, ibique per Marcum quemdam, Priscillianum suo vene-
no infecerint. Grauissime igitur aberravit hæc tenus collector Conciliorum, qui hanc Synodus ad tempora Hormisdæ pontificis ante
retulerat.

^e *Contra Priscillianistas.*] Priscillianistæ fuerunt hæretici a Priscil- Priscillia-
liano denominati, quem teste Sulpitio lib. 2. familia nobilem, opibus nistæ qui,
Concil. Tom. 3.

Ggg

prædiuitem, ingenio acrem, multa lectione eruditum, Gnostici Agypto expulsi, per Marcum quendam Gnosticum, & feminam Agapen suo veneno infecerunt: eoque infecto, fere totam Hispaniam peruertissent, nisi indicta Synodo ipsi cum suis peruersis dogmatibus condemnati, fideliumque communione interdicti fuissent. Hæreses easdem cum Gnosticis ac Manicheis docebant, quas prolixe S. August. de hæresibus c. 70. Leo epist. 93. Hieron. aduersus Pelag. ad Ctesiph. describit. Quam ob causam Maximus eum vna cum factatoribus poena capitii damnauerit, quem Gratianus contra synodalem sententiam ecclesiæ restituerat, refert Sulpit. præd. loco.

Can. 1.
Priscillia-
nus sub
specie pie-
tatis mulie-
res seducit.
Causa Ca-
nonis hu-
ius quæ.

^a *Vt mulieres omnes.*] Ex Seuero & Hieronymo constat, a Priscilliano atque collegis deceptas esse feminas nobiles plurimas, & sub specie pietatis & disciplinæ esse seductas. Ad quæ pericula auertenda, patres hunc Canonem statuerunt. Quem, inquit Garsias, intelliges ex epistola Pauli 1. ad Cor. c. 14. vbi ordinem docendi ac legendi in ecclesia constituit. Excusi codices habent: *Nec ad ipsas legentes alijs studio vel docendi vel discendi conueniant, quoniam & hoc Apostolus imbet.* in Gothicō est: *vel ipsas legentes aliae: nimirum feminae.* Verba

Mulieribus
in templo
silentium
precipitatur.

autem Apostoli hæc sunt: *mulieres in ecclesiis taceant: non enim permittuntur iis loqui, sed subditas esse: sicut & lex dicit. Si quid autem vobis dicere, domi viros suos interrogent.* Et 1. ad Timot. cap. 2. *Mulier in silentio discat, cum omni bona conscientia.* Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio. In hæreti Priscilliani, vt Sulpitius est auctor, mulier Agape, mollis & impudica, magistræ nomen sibi usurpauit, partesque illius erroris mirifice geslit: unde forte aliae infectæ, simili docendi studio tenebantur. Quem erorem radicitus extirpandum Concilium curauit.

Can. 2.
Priscillia-
nistarum
ieiunia cur-
veta sunt.

^b *Ne quis ieunet.*] Priscillianistæ Manichæos & Gnosticos sectati, die dominico in odium Dei creatoris ieunabant, & abominanda peragentes, clandestinos conuentus agebant, vt testatur S. Leo epistola 93. Patres his occurentes, hunc Canonem secundum ediderunt.

Variae lec-
tiones.

^c *Causa temporis.*] Gratianus de consecrat. dist. 3. c. Ne quis habet, legit: *Causa timoris.* eius glossator: *causa timoris, alias terroris.* Quam lectio Gregorianus codex retinuit. Verum lectio hæc, *Causa temporis*, non est omnino reiicienda: quia die dominica ieunare ecclesiasticis sanctionibus prohibitum fuit, vt constat ex Can. 18. Conc. Gangr. supra. Et ex decretis Melchiadis papæ, vt est in pontificali Damasi. Apud Burchardum libro 19. imponitur pœnitentia ei, qui die dominica ieunat propter abstinentiam aut religionem. Hec Garsias.

Can. 3.

^d *Item legit: eucharistia.*] Priscillianistæ vt laterent, conuenientes ad ecclesiam, sic accipiebant eucharistiam, vt eam non comedenter. Hanc igitur ob causam contra eos hic Canon promulgatus fuit.

Can. 4.

^e *Item legit: viginti, &c.*] S. Leo prædicta epist. 93. tradit, eisdem Priscillianistas tempore natalis Domini consueuisse ieunare; ideo quod non crederent Christum vere humanam carnem assumpisse:

ANNO CHRISTI 381. hac igitur occasione patres Concilii hunc Canonem edidisse, non est dubitandum.

¹ Item lectum est, vt hi qui per.] auctoritate Seueri constat, in hac Can. 5. Synodo constitutum fuisse, vt Priscillianistas haereticos synodali iudicio condemnatos, nemo sub periculo anathematis in communionem susciperet. Idem hoc Canone statutum fuisse constat. Dubium igitur nullum est, hunc Conuentum eundem fuisse, quem Seuerus describit.

^m Si quis de clericis propter luxum.] Contra eam sanctitatem, quam Can. 6. Priscillianus eiusve lectorates, teste Sulpitio, in habitu affectabant, hic Canon constitutus fuit.

ⁿ Ne quis doctoris.] Hunc Canonem contra feminas Priscillianistarum doctrinæ lectoratrices, munus docendi sibi usurpantes, decreto fuisse, nemo dubitare potest. Priscillianus enim, teste Sulpitio, laicus erat, adeoque ad docendi munus nequaquam admittendus. Hunc cum illi ad confirmationes vires suas episcopum in Abiliensi oppido constituisserent, optimo iure tales doctores hic reiciuntur.

^o Nisi quadraginta annorum.] Concilium Carthaginense III. Can. Can. 8. 4. Item placuit, vt ante annos 25. ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur. Et in 4. c. 11. de eorum ordinatione & vestitu. Et in decretis Zosimi papæ c. 26. Virgines velari possunt ab episcopo infra annos 25. si necessitas vrget. Et quod ei non oblit Conciliū, quod est de isto annorum numero constitutum: Tridentino Concilio ætas emittendi professionem est immutata siff. 25. Hæc Garsias in notis.

CONCILIVM ROMANVM IV.
SVB DAMASO.

NOTÆ.

^a Concilium.] Cum Damasus de rebus in Synodo Constantino-politana gestis nuntium accepisset, & inter alia in contumeliam Paulini, Flauianum Meletio successorem designatum esse intellexisset, Concilium generale Roma celebrandum indixit; idque favore & patrocinio Gratiani & Theodosii imperatorum congregari & conuocari impetravit. Præter Paulinum, Epiphanium & Acholium Thessalonensem, ex oriente nemo adfuit: omnes quidem literis Damasi, quas ad illos transmisit imperator, vocati fuerunt; sed aucto consilio Constantinopoli indicta Synodo conuenientes, ne suas ecclesias pastoribus destitutas haeretici præ foribus eorum excubantes incursarent, missis isthinc Romam legatis hanc ob rem excusari petierunt; literasque synodicas earum rerum, quæ præcedente Constantinopolano Concilio gestæ fuissent, ad Conc. Romanum transmiserunt. His literis synodalibus, quæ supra extant pag. 366. acceptis, legatisque eorum auditis, quid Romæ factum fuerit, non constat. Acta enim perierunt. Confessio fidei ad Paulinum Causa Concilii. scripta, non, quod existimat Theodoretus, ex hac, sed in Romana Confessio fidei ad Paulinum scripta, an Concil. Tom. 3.

Ggg ij